



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

6. Ignorantia aliaq[ue] animi mala ex eodem fonte manantia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

amoris radice venientia, cum qua omnis filius Adam nascitur. Nam quis ignorat, cum quanta ignorantia veritatis, qua etiam in infantibus manifesta est, & cum quanta abundantia vane cupiditatis, qua in pueris incipit apparere, homo veniat in hanc vitam, ita ut si dimittatur vivere ut velit, & facere quidquid velit, in hac facinora & flagitia, qua commemorari non potui, vel cuncta, vel multa peruenire?

Sed divina gubernatione, non omnino deferente damnatos, & Deo non continentे in ira sua miserationes suas, in ipsis sensibus generis humani prohibitio & eruditio, contra istas, cum quibus nascimur, tenebras vigilant, & contra hos impetus, opponuntur, plena tamen intermixta laborum, & dolorum. Quid enim sibi volunt multimoda formidines, qua cohibendis parvorum vanitatibus adhibentur? quid pedagogi, quid Magistri, quid ferale, quid lora, quid virga, quid disciplina illa, qua Scriptura sancta dicit dilecti sibi latera esse stendenda, ne crescat indomitus, domariq; iam durus, aut vix possit, aut fortasse nec possit? Quid igitur his poenis omnibus, nisi ut debelletur imperitia, & prava cupiditas refrenetur, cum quibus malis in hoc sacculo viuimus? quid est enim, quod cum labore meminimus, sine labore obliniscimur, cum labore discimus, sine labore nescimus? cum labore strenui, sine labore inertes sumus? Nonne hinc apparet, in quid velut pondere suo preclinis, & pronas sit virtuosa natura, & quanta ope ut hinc liberetur, indiget? Desidia, segnices, pigritia, negligentia, vitiæ sunt, utiq; quibus labor fugitur, cum labor ipse etiam, qui est utilis, poena sit. Sed prater pueriles poenas, sine quibus disci non potest, quod usiores volunt, qui vix aliquid utiliter volunt, quot & quantis poenis genus agitent humanus, qui non ad malitiam, nequitiamq; iniquorum, sed ad conditionem pertinent, miseriamq; communem, quis ullo sermone digerit, quis illa cogitatione comprehendit: quantus est metus, quanta calamitas ab orbitatibus, atq; luctu, & damnis & damnationibus, & deceptionsibus & mendacib; hominum, a suspicionibus falsis, ab omnibus violentia facinoribus, & sceleribus alienis: quandoquidem ab eis & degradatio, & captiuitas & vincula, & carceres, & exilia & cruciatus, & amputatio membrorum, & priuatio sensuum, & oppressio vigoris ad obscenam libidinem opprimentis explendans, & alia multa horrenda sepe contingunt. His ignorantia animique malis & penis, immo &

164 Cap. XVII. Tertia morborum causa, peccatum Ade.
acerbis malorum pœnaru[m]q[ue] remedij, ob peccatum primi pa-
rentis nostri castigamur, &c., juxta cum ignarissimis, de tenebris
in tenebras imus, peccata peccatis, scelera sceleribus plectentes,
ad vanitatem toti Argi & oculi, ad veram vitam, & felicitatem
numquam morituram, talpis cæciores. Quod Boëtius his versi-
culis eleganter deplorauit.

VII.

Boët. lib. 3:
de cons. metr.
8.

Eheu, quām miseros tramite denuo

Abducit ignorantia!

Non aurum in viridi quaritis arbore,

Nec vite gemmas carpitis.

Non altis laqueos montibus abditis,

Vt pisce diteatis dapes.

Nec vobis capreas si libeat sequi,

Tyrrhenæ captatis vada.

Ipsos quin etiam fluctibus abditos

Norunt recessus aquoris.

Quæ gemmis niueis una feracior,

Vel quæ rubentis purpuras;

Nec non quæ tenero pisce, vel asperis

Prastant echinis littora.

Sed quoniam lateat, quod cupiunt bonum,

Nescire caci sustinent.

Et quod stelliferum trans abiit polum,

Tellure demersi petant.

VIII.

Gen. 3, 5.

Non est leuius omnino nescire, quod liceat, quām facere
aliquid, quod scias non licere, ait Ethnicus Philosophus. Ab hac
ergo ignorantia, quæ ipsa est pœna grauissima, & discendi labor,
& metus, & flagitia, & violenta facinora, & deprædationes, &
membrorum amputations, & omnis generis miseriae oriuntur.
Nempe hic est fructus, qui prouenit ex arbore scientiæ boni &
mali; hæc fides illus, qui promisit: *In quocumq[ue] die comederis
ex eo (ligno) aperientur oculi vestri: & eritis sicut di, scientes bonū
& malū.*

IX.
S. Augustin.
lib. 21. de
ciuit. cap. 22.

Neque hic finis est calamitatis. Nam, vt cum S. Augustino
loqui pergamus. *Quid ab innumeris casibus, qui forinsecus corpori
formidantur, astibus, & frigoribus, tempestatibus, imbribus, alluvio-
nibus,*